

& semen citri, & alia cibaria contraria veneno sunt, & expellunt, evacuant, & ejiciunt, & alia huiusmodi, quæ venena expellunt, ac perdomant medicamenta, ut terra Lemnia vera, bolus Italicus verus, vari coloris corallus, cornu cervi ustum, damæ cornu ustum, lapis bezhaar ver<sup>9</sup>, alicorn<sup>9</sup>, alcibiadium, echium, scoridium, diptamus albus, carlina, centaurea minor, utraq; Aristolochia, multaq; alia Alexiteria, Viperis & alijs venenosis serpentibus eliquata aqua, quavis stillaticia porrecta, ut à Paulo Querno pluries Romæ in sua officina medica experta fuere, ex his mirificè injectis brevi & non levi cruciatu enecabantur; quod etiam ex hoc verum esse manifestè apparet, q; hæc eadem anguibus Cerbonis, & aquæis apidibus maiori copia exhibita, quoniam veneno carent, & innoxia sunt, propterea, cōtrarietatem cum veneno habeant aelxiteria tantum, minime officere nequiverunt. Quædā igitur ex his tutò, & semper assumi poterunt, ut cibi venenis contrarij, quales supra, sive venenum assumptū, aut afflatum, aut ejaculatū fuerit semper auxilium ferēt. Medicamētaverō quæ supra narrata fuerunt (ut quidā ajunt) homini propinata, quando in corp<sup>9</sup> ullo modo venenum insit, eo magis si frequentius his utamur, non parū obfutura convincere entuntur,